

ORIGINES
CARTV=
SIANORVM
MONASTERIORVM
PER ORBEM VNI-
uersum.

A V B E R T V S M I R A E V S.
Bruxell. Canonicus & Scholasticus
Antwerp. eruendo publis-
cabat.



COLONIAE,
Apud Antonium Hieratum.
ANNO M. DC. IX.

REVERENDO

IN CHRISTO PATRI D.

HERCVLI VVINCKELIO,

bruxellensi, eiusdem Vrbis Cartusiae

PRIORI vigilissimo, ac Teu-

tonicæ Prouincie V 1 S 1-

T A T O R I dignif-
simo,

Do Dico CONSECRO.



ON diu, nec ancipiti
animo, deliberandū
mihi fuit, Vir REVE-
RENDE, cui munus-
culum hoc meum of-
ferre in: tibi debeba-
tur. Argumentum specto? Tui insti-
tuti res est; & tu inter sacri huius Ordini-
nis Antistites pietate, doctrinā, mode-
stiā emines. Iure igitur meritissimo,
hoc quidquid est, tuæ censuræ submit-
timus. Quid quod hoc ipsum propriè
est tuum? Cœnobiorum namque CA-
TALOGVM, quem damus, ex Cartusiæ

vestræ Bruxellensis Bibliotheca accipimus; vna cum *Petri Dorlandi Chronicō*, siue *Corona Cartusiana*, vt auctor ipse nuncupat, atque indigitat. Quod quidem viri erudit iuxta ac pīj scriptum statucram pariter, publico Ecclesiæ bono, typis euulgare; nisi me vir optimus P. THEODORVS PETREIVS, Cartusiæ Coloniensis alumnus pro suo in sacram vestram familiam studio, præuenisset. Habebunt itaque in posterum, quod de sui instituti initijs ac progressu sodales vestri legant, alij amulentur.

Sic & *Ioannem Baptis̄am Signium*, Bononiensem, itemque *Arnoldum Basciūm*, sodalem *Vvindeſemensem*, *Canonici Augustiniani*; *Ioannem Trittenkemīū* & *Arnoldum Vuionum*, Ducentensem, Benedictini; Parisiensem S. Martini Campensis monachum Cluniacenses; scriptorem anonymum, typisque nondum editum Cistercenses; *Seruatium Lairuelſium*, Hannonē, S. Mariæ ad nemus in Lotharingia Abbatem, Præmonstratenses; *Trittenheimum*

miūm, *Ioannem Gerbrandum*, Leidanū *Batauum*, & *Petrum Lucium*, Bruxellensem, Carmelitæ; *Iosephum Pamphilum*, Episcopum *Siginum*, & *Antoniuum Goucam*, Priorem in India orientali *Goanum*, Augustiniani eremitæ; *Antonium Scenensem*, *Ferdinandum Castillum*, & qui Bruxellis, Duaci & alibi M. S. exstat, lucemque meretur publicam, *Geraldum Lemouicensem*, Dominicani; *Franciscum Gonzagam*, Episcopum Mantuanum; *Henricum Vuillotium*, Belgam, aliosque Franciscani suorum primordiorum ac progressuum nacti sunt præcones. Sic & Basilianos, Camaldulenses, Cælestinos, Crucigeros, Hieronymianos, Iesnatos, Valli-scholares, Seruos B. Mariæ, Oliuetanos, Trinitarios, & alios religiosorum hominum cœtus, *Sabellicus*, *Volaterranus*, *Polydorus*, *Vergilius*, *Paulus Morifus*, *Renatus Choppinus*, *Hieronymus Platus*, *Thomas Boz̄ius*, & alij suis scriptis commendarunt.

Nec solus vobis præco *Dorlandus* obtigit. Habuistis & *Petrum Sutorem*,

Cartusianorum olim Parisiensium Priorum, Henricum Calcariensem, Priorem Coloniensem, & Arnoldum Bostium, Carmelitam Gandensem, optimè de religiosa vestra familia meritos. Quoru quidem posterior Coloniæ apud præfatum P. THEODORVM PETREIVM adseruatur; dignus profectò, qui in lucem adspicetumque proferatur.

Sed hæc vestris curæ erunt, scio. Tu interim Reuerende in Christo Pater, qualecumque hoc munus benigno vultu accipe, & conatum nostrum affectus, erga sacrum vestrum Ordinem iam inde à primis annis mihi innati, titulo excusa, vel, quod malim, amatæquum siquidem, ut quibus idem est natale solum, illis & eadem sit animorum coniunctio, mutuusque amor. Sunt quidem, fateor, multorum cœnobiorum exordia nobis nondum cognita: sed curis secundis, aliorumque industria aliquid hic fuit relinquendum. Et verò, quod M. Varro ait, *ut in bona segete neque nullum est spicum nequam, neq; in mala non aliquid bonum;*

ita

it a nemo est reprehensus, qui è segete ad spicilegium reliquit stipulam. In quo desino, & maiorem in modum rogo, ut nostri, dum facis, sis memor: Antuerpiæ, Kalend. Decemb. Cl. I. C. II. IX.

Aubertus Mireus, Bruxell.
Canonicus & Scolarcha
Antwerp.

CENSURA.

QVOD præsenti libello, illustriora Cartusiani Instituti Cœnobia, eorumq; origines, & quasi prima fundamenta, studio AUBERTI MIRAEI Canon. & Scholastici Antwerp. e tenebris eruta, conspiciantur; dignum censeo, qui in lucem prodeat, cum ad religiosi istius instituti maiorem commendationem, tum ad sedulam piorum Fundatorum imitationem. Antuerpiæ, Anno M. DC. IX. 10. Februarij.

Laur. Beyerlinck Antwerp. S. Theol.
Licent. Canonicus Antwerp.
& Censor librorum.

A 4

ET

APPROBATIO CENSORIS.

FTEGO GHISBERTVS SPECHTIVS, inquisitor hæreticæ prauitatis, ac S. Theologiae Professor, do consensum, vt hæ ORIGINES CARTVSIANORVM MONASTERIORVM publico bono in lucem proferantur. Datum in Conuentu nostro Dominicanu anno M. DC. VIII. XXV. Octobris.

PETRVS VENERABILIS,
ABBAS CLVNIAENSIS, LIB. II.
de Miraculis, cap. xxviii.

Seruatur in Burgundiæ partibus inter omnes Europæ nostræ monastici ordinis professiones, professio quædā multis alijs eiusdem monastici propositi sanctior & cauтор; instituta nostro tempore à quibusdam Patribus magnis, doctis & sanctis: M. Brunone Colonensi, Landuno Italico, ac quibusdam alijs verè magnis, & Deum timentibus viris.

L A V-

LAVRENTIVS LEODICEN-
SIS, IN HISTORIA EPISCOPO-
rum Virdunensium, quæ apud me
existat M. s. floruit is an-
no 1190.

Cartusiensis religio, mundo hactenus inaudita, de sanctissima schola reuerendissimi Brunonis processit, quæ in carne extra carnem, in solito mortalibus more, viuendo, angelos in terra, Ioānem Baptistam & Paulum eremitam in deserto nobis hodie repræsentat: ut merito hanc religionem florem mundi nomines, ut hanc esse animal simile aquilæ in cœlum volanti, iure pronunties.

IACOBVS DE VITRIACO
S. R. E. CARDINALIS.

CARTVSIANA E religionis rigor di-
strictio, & districtio rigoris, tā-
quæ fornax Spiritus sancti aurum pur-
gans, & scoriam ex argento separās, fal-
sos fratres diuretinere non potest. Vnde
cella comparatur mari, quod morticinū,
quantocius poterit, projicit.

vixit ab
Dom. M.
cc. XX.

A S FRAN-

FRANCISCVS PETRAR.
CHA.

Vixit
an. 1350. **O**RDO CARTVSIENSIS est, quem
nemo deceptus, nemo inuitus in-
trat, in quo nullus perseverare fatus po-
test.

EX HISTORIA VITAE S.
BRVNONIS, apud LAVREN-
TIVM SVRIVM.

CARTVSIANVS Ordo hodieq; præ
ceteris (quod tamen, pace omnium,
dictum volumus) priscum illum rigorem
suum retinere videtur.

Plura Sacri CARTVSIENSIS Ordinis ELO-
GIA, vide in principio Catalogi Scriptorum il-
lustrium, seu BIBLIOTHECA CARTVSI-
NA, quam nuper apud ANTHONIVM HIE-
RATHIVM, celebrem Vbiorum typographum
edidit Pater THEODORVS PETREIVS, eius-
dem ibidem instituti alumnus, atque in talibus
eruendis cum primis sedulus.

ORL



ORIGINES

CARTVSIANO-
RVM MONASTE-
RIORVM.

CAPVT I.

PROVIN CIA GEBEN-
nen sis.

I.  ARTVSI A MAIOR, sita
est in monte, densas inter
siluas, apud Gratianopo-
lim, in Delphinatu, regni
Galliæ prouincia. Eum locum, donan-
te S. Hugone Episcopo Gratianopoliti-
ano, incolere cœpit S. BRVNO, cum
sodalibus suis anno Dom. M. LXXXIV.
vt in historia vitæ eius legitur, apud
Laurentium Surium, die 6. Octobris.

Huius loci Prior siue Praefectus to-
tius Ordinis Cartusiani princeps est,
atque antesignanus. Ibidem generales
ordinis conuentus quotannis celebra-
ri solent.

2. Do-

IO ORICINES CARTVS.

2. Domus siue monasterium VALONIS.
3. Domus ANGIONIS.
4. REPAVSATORIVM.
5. VALLIS S. HVGONIS.
6. Domus ALLIONIS.
7. POMERIVM.
8. Domus S. SPIRITVS, apud Lugdunum, Galliæ emporium, ad Rhodanum fluum.
9. VALLIS SANCTA.
10. CALESIVM.
11. PARS DEI.
12. SANCTVS LOCVS DE LANCEA.
13. Domus siue VALLIS VIRTUTVM. Catalogus M.S.Bruxellensis, & Petrus Sutor lib.2.tract.3.cap.7.notant hoc monasterium fuisse situm in Scotia.
14. MELAMENSE cœnobium, vulgo MELAM, est monialium.
15. Domus CORRERIAE, est vñita maiori Cartusiæ.

CAPVT

MONASTERIORVM.

II

CAPVT II.

PROVINCIA COMITATVS
Prouincia, in tractu Masiliensi.

1. Domus DURBONIS, aut D'VR-bonis.
2. MONS RIVI.
3. VALLIS S. MARIAE.
4. VERNENSE monasterium, vulgo VERNE.
5. VALLIS BENEDICTIONIS.
6. VALLIS BONA.
7. Domus BONI PASSVS.
8. PRATVM MOLLE, monialium.
9. Domus BERTAVDI, itidem monialium, est vñita domui Durbonis.

CAPVT III.

PROVINCIA AQUITANIAE.

1. Domus BONAE FIDEI.
2. GLANDERIVM.
3. PORTVS B. MARIAE.
4. Domus S. CRVCIS, in Iaresio.
5. VALLIS CLARA.
6. Do-

12 ORICINES CARTVS.

6. Domus BELLi VIsVs, apud Castras.
7. Domus S. SALVATORIS, apud Villam-Francam.
8. CADVR CENSE monasterium, Albiæ Cadurcorum sitū, primitus Templum equites tenuerunt: sed ijs profligatis, ad Cartusianos id transtulit Ioannes XXII. Pont. Max. ante pontificatum Episcopus Cadurcorum: vti Franciscus Petrarcha, in epistol. ad Sagramorum equitem & monachum, & ex eo Renatus Choppinus, Monasticō lib. 2. tit. 1.

CAPVT IV.

PROVINCIA CATALONIAE.

1. SCALA DEI, dioecesis Tarragonensis.
2. PORTA COELI, in regno Valentiae, est fundata ab Andrea Albalato, Archiepiscopo Valentino, & collegio Canonicorum eius vrbis.
3. MONS HILARIS B. MARIAE, vulgo Montioly, distat secundo milliari à Bar-

MONASTERIORVM.

13

- à Barcinone, vrbe celebri.
4. VALLIS IESV CHRISTI, amœno ad flumen loco est sita, secundo lapide à Cæsaraugusta. Insignis hoc loco Bibliotheca, libris optimis instructa visitatur.
 5. Domus IESV NAZARENI, in Majorica insula, quæ inter Baleares insulas est maxima.

CAPVT V.

PROVINCIA CASTELLAE.

1. Domus B. MARIAE DE PAVLARI. Apud Segobiam Castellæ vrbem, lanarum artificio celebrem, haud longè à pago Rascafria, CARTVSIANORVM domicilium, cui PAVLARI nomen est, ipso ædificij splendore, copijs, & loci sanctitate in Hispania celeberrimū, Ioannes I. Castellæ Rex impensâ suâ excitauit. Obiit is anno M. CCC. XC.
2. HISPALENSIS Cartusia, Hispaniæ Las Cuebas, B. Virgini Matri sacra, loco amœnissimo, ad Bætim fluum sita est, haud longè à muris vrbis vulgo

14 ORIGINES CARTVS.

gò *Seuilla* dicitur, Hispalensis; quæ nobilissimum est emporium, & merciū Indiæ occidentalis receptaculum longè amplissimum. Hoc in monasterio spectantur sepulchra ducum Alcalæ; quibus & dotem suam, ni fallor, debet acceptam.

3. ANAIENSIS Cartusia, B. Virginis pariter sacra, vulgo de *Anaya*, ad Durium fluuium, haud longè à *Tordesilla* vrbe.

4. Domus S. MARIAE DE MIRAFLORES, non procul Burgensi vrbe, exstructa est à Ioanne II. Castellæ Rege, qui ibidem cū coniuge sua cōditus iacet.

5. Domus DEFENSIONIS B. MARIAE, apud Xerecium.

6. Domus CONCEPTIONIS B. MARIAE, DE CASALLA.

7. SCALA DEI, in Portugalia.

8. AVLA DEI, in Portugalia. Ex his altera apud Eboram, altera apud Olisponem, Lusitaniæ seu Portugalia metropolim est sita.

9. Domus NOSTRAE DOMINAE DE GRA-

MONASTERIORVM. 15

GRATIA, in dioecesi Hispalensi, amplissimis vectigalibus dotata, Guadalete & fluuio adiacet.

10. Domus S. MARIAE DE FONTIBVS, in dioecesi Oscensi, sic dicta ab vbertate fontium, quibus abundat.

11. Cartusia GRANATENSIS, filia Paularen sis monasterij. Eam namque fundatam ab ipsis Paularen sis lego.

CAPVT VI.

PROVINCIA BVRGVNDIAE.

1. Domus PORTARVM; fundata est temporibus S. Bernardi Abbatis Claræ-vallis: quod patet ex Petro Sutore lib.2.de vita Cartusiana, tract. 3. cap.5. & ex Dorlandi Chronico, lib.4.c.9.

2. ARVERIAE.

3. SILVA BENEDICTA.

4. VALLIS-CLVSA.

5. Monasterium MAIOREVI. Quod vnū esle ex antiquissimis Ordinis cœnobij constat ex epistola 25.lib.6.Petri Cluniacensis Abbatis, qui vixit tempore D. Bernardi Clarævallen sis.

B

6. Mo-

16 ORIGINES CARTVS.

6. Monasterium SELLIONIS.
7. BONVS LOCVS, tribus miliaribus à Salmis.
8. Monasteriū MONTIS MERVLAE.
9. SILIGNIACVM, in Sabaudia.
10. PETRICASTRENSIS, siue PETRI. CASTELLENSIS Cartusia, apud Sabaudos notissima. Est ea fundata ab Amadeo, eo nomine sexto, Sabaudię Comite: qui & ordinem Equitum Annunciationis Angelicæ instituit. Pro cuius sodalitij Equitum salute, perpetuæ ad Deum preces in ista Cartusia funduntur. Obiit autem Amadeus, an. 1383. cum Allobrogibus annos xi. præfuisse.
11. POLETENSE monasteriū, virginū.
12. SALETARVM itidem monialiū.

CAPVT VII.

PROVINCIA FRANCIAE.

1. VALLIS DEI, fundatorem agnoscit Rotrodum Pertici Comitem: teste Petro Sutore, lib. i. devita Cartusiana, tract. 3. cap. 2. pag. 65.
2. LUVVIGNIACVM.
3. LIGETVM.

4.Ar.

MONASTERIORVM.

17

4. APPONIACVM.
5. DOMUS BELLI-LARICI.
6. VALLIS S. GEORGII.
7. PARCVM, in diœcesi Cenomanensis. Fundum exstruendo monasterio dedit virgo quædam inlyta, ex nobilissima Alenconiorum familia; ædificia verò B. Gaufridus Cenomanensis Episcopus, ibidem sepultus excitauit: teste Sutore lib. 2. tract. 3. cap. 6.
8. VALLIS VIRIDIS, apud Lutetiam Parisiorum, à S. Ludouico Francorū Rege, eius nominis Nono, excitata est in fundo Palati olim regij, quod Vauvertum nuncupabant: teste Francisco Belleforestio, in sua Cosmographia, & Petro Sutore, citato loco. Spectantur in hoc cœnobio pluriini tumuli procerum, cum sacri tum profani ordinis. Solent & loci eius monachi erga pauperculum vulgus hominum, suburbana Lutetiæ incolentium esse liberalissimi.
9. BASSA-VILLA.
10. VALLIS PROFVNDA.
11. FONS B. MARIAE.

B 2

12. FON-

18 ORIGINES CARTVS.

12. FONTANETVM, apud Belnense opidum, Ducatus Burgundiæ, ab Guidone Burgundiæ Duce ann. 1332. est institutum ac dotatum: teste Belleforestio citato libro. Huius tractus vina, vulgò Belnenſia nuncupata, apud Frâcos & Belgas, ob præstantiam, maximo sunt in pretio.

13. Domus B. MARIAE DE PRACTEA, apud Trecas, Campaniæ urbem.

14. Domus S. TRINITATIS, apud Divisionem Ducatus Burgundiæ Metropolim. Hoc monasterium *Philippus Audax*, Burgundiæ Dux, & Flandriæ, per coniugium cum Margarita, vnica Ludouici Malani filia, contractum, Comes à fundamentis suo ære excitauit. Cuius itemque filij *Ioannis Dinionensis*, & nepotis *Philippi Boni*, ex ordine Ducum Burgundiæ, tumuli ibidem marmorei visuntur.

15. Domus ROSAE NOSTRAE DOMINAE, apud Rotomagum, Normaniæ emporium.

16. Domus SS. ROCATIANI & DONATIANI, apud Nannetes, in Britan-

nia

MONASTERIORVM. 19

nia Armorica, quam hodie Minorcm nuncupant.

17. CAMPVS S. MICHAELIS D'AVRAY.

18. Domus BONAE SPEI, apud Galionem.

CAPVT VIII.

PROVINCIA PICARDIAE.

1. MONS DEI, ad quos D. Bernardus celebrem illam de *vita Solitaria* scripsit epistolam.

2. VALLIS S. PETRI.

3. Domus B. MARIAE DE MACTORI, in vrbe Valencenarum, apud Hannones.

4. VALLIS S. ALDEGVNDIS, apud Audomaropolim, Artesiq; urbem. Huius auctor exstitit *Ioannes à S. Aldegun-de*, Norcarmæ dominus, an. 1198.

5. Domus S. HONORATI, apud Abatis-Villam, Picardiæ opidum.

6. MONS S. LUDOVICI, apud Nouiomum, Picardiæ urbem episcopalem. Huius cœnobij exordium ac dotatio

B 3

debe-

debetur Philippo Galliae Regi, S. Ludouici Regis filio; ut in sua Cosmographia testatur Belleforestius.

7. VALLIS S. SPIRITVS, apud Gosnatum, haud longe à Bethunia, Artesiorum opido. Hoc monasterium, cum Xenodochio vicino, suo ere excitauit, ac vectigalibus annuis donauit *Theodericus Herissonius*, ex Præposito Aërienensi Episcopus Atrebaten sis, qui anno 1328. moriēs, ibidem in oceo est conditus.

8. Domus B. MARIAE DE PRATES, apud Monstrolium opidum Picardie, in finibus regni Galliae. De cuius fundatore consule *Chronicon Dorlandi*, lib.6.cap.28.

9. MONS S. ANDREAE, apud Tornacum, veterem Neruiorum sedem. De cuius monasterij initijs idem Dorlandus in *Chron. lib.6. cap.27.*

10. MONS S. MARIAE, cœnobium monialium, apud Bethuniam in Artesia.

CAPVT

CAPVT IX.

PROVIN CIA BELGII, SEV
Germanie inferioris.

1. CAPPELLA B. MARIAE, apud Angianum Hannoniae opidum. Quæ quā præstantes olim doctrina ac pietate Viros produxerit, consule Dorlandū, lib.7. *Chronici*, cap.25. & sequentibus. Quin etiamnum hoc tempore Priorum habet admodum insignem P. *Adrianum Durpium*, Provinciæ istius, ut vocant, Conuisitatem.

2. VALLIS GRATIAE, apud Brugas, Flandriæ olim emporium, toto orbe notissimum, fundata est anno M. CCC. x viii. teste Iacobo Meyero in Annalibus Flandriæ. Huic nunc præst V. P. *Gisbertus Bouhuißius*, vir pietate ac humanitate suspiciendus.

3. Domus S. CATHARINÆ, in Lirano Brabantie opido. Stetit hoc monasterium olim ad muros urbis Antuerpiensis, eo ferè loco, quo nunc

22 ORIGINES CARTVS.

arx visitur, à *Ferdinando Alvaro*, Albæ
duce, Belgijque Gubernatore, an. 1567.
excitata. Sed bello Geldro-Gallico, cui
Martinus Rossemius contra *Carolum V.*
Imp. præfuit, cum Antuerpiana ædifi-
cia iñ cineres concidissent, monachi
nouum Liræ cœnobium exædifica-
runt. Cæterum Cartusiæ Antuerpianæ
dotator primarius fuit *Gratianus*, Bel-
gicæ *Dancardus Molenerius*, ciuiis Ant-
uerpiësis; vir admodum diues, de quo
fusè Dorlandus in Chronico suo, lib.
6. cap. 30. pag. 372.

4. SII VAE S. MARTINI, apud Ger-
ardi-Montem, Flandriæ opidum.

5. Domus MONTIS S. GERTRUDIS,
apud eiusdem nominis opidū, in Hol-
landiæ & Brabantiæ confinibus situm,
conditorem agnoscit *Guilielmum Du-
neuordium*, nobilissima apud Batauos
familiâ natum, & Osterhouti domi-
num. Floruit is an. XI. 1353. fuitq; in ma-
gnâ apud Belgarum Principes gratia.
Idem cum liberis careret, opes suas in
alterius insuper monasterij ædificati-
onem pijssimè impendit: quod est mo-
nialium

MONASTERIORVM. 23

nialium ordinis S. Claræ, olim extra
muros vrbis Bruxellensis, nunc intra
muros situm, eo ipso loco, quo fratres
Hieronymiani, patrum memoriâ, ce-
nobium & gymnasium habuerunt.
Cæterum *Duueuordius* in veteri isto S.
Claræ monasterio, extra muros vrbis,
honorificè conditus fuit: cuius tumu-
lum, vnâ cū monasterio, ciuilia apud
nos bella exsciderunt.

6. Domus S. MARIAE, vulgò *Mons
nidhuysen* apud Arnhemū, Geldriæ
metropolim. Cœnobium istud condi-
dere *Rainaldus I.* Geldriæ Dux, & vxor
cius *Eleonora*, Eduardi Angliæ Regis
filia: teste *Henrico Aquilio*, in Geldriæ
chronico. Caussam fundationis lege
apud Dorlandum in Chronico Car-
tusiano, lib. 6. cap. 22. pag. 354.

Obiit autem Rainaldus an. 1343. cùm
annis xvii. præfuisse. Fuit hoc mona-
sterium multorum olim Geldriæ Du-
cum tumulis nobile; quos Caluiniana
rabies, pro sectæ ingenio, nostra ætate
violauit, funditusq; excidit.

7. MONS S. IOANNIS BAPTISTÆ,
B 5 in Zele:

24 ORIGINES CARTVS.

in Zelemensi vico, apud Distemium
Brabantiae opidum. Huius cœnobij an.
no Christi M. CCC. XXVIII. Auctor fuit
Gerardus Toparcha Diestensis, & *Castel-*
lanus Antuerpiensis, eiusque coniux
Ioanna à Flandria, Comitis Lossensis fi-
lia. Hic vixit & obiit anno Christi 1507
ætatis 53. Petrus Dorlandus, qui præter
Chronicon Cartusianum, multa alia
scripsit Ecclesiæ utilia: vti videre licet
in *Bibliotheca Cartusiana* F. Theodori
Petrei, Cartusiani. Moderatur nunc
hanc eandem Cartusiam P. *Theodo-*
rus Stumpwyckius, natione Bataeus,
singularis industriæ ac pietatis Vir.

8. **VALLIS REGALIS**, apud Gandau-
m, Flandriæ urbem primariam, &
maximam. Quæ quidem Domus pri-
mùm copta est construi anno Dom.
M. CCC. XX. Incorporata verò est Or-
dini anno istius seculi XXVIII. Quo tem-
pore extitit *Canonicus* quidam Eccle-
siæ S. Donatiani Brugis, D. *VILLE-*
BAERD, qui suo ære locum illum, ubi
Cartusia constructa est, cum vicinis
aliquot prædijs, comparauit. Quæ de-
inde

MONASTERIORVM. 25

inde Ludovicus Flandriæ Comës cū
vxore sua ac filio ab omni seruitio ac
debito exemit. Itaque hi fuere quasi
primi Cartusiæ huius fundatores. Fuit
autem primus huius loci Prior M-
ICHAEL COELIAN, qui cùm esset in
seculo magnarū opum vir, ac prædi-
ues, amore solitudinis accensus, mun-
donuntium remisit, plurimaq; è sua
substantia domui contulit. Cui de-
mortuo successit *Ioannes N.* Post quē
D. *Guilielmus de VVarnevijck* regimen
suscepit, nepos nimirum generosi ac
nobilis viri D. *Guilielmi de VVarne-*
vijck. Qui cùm non haberet liberos,
in gratiam nepotis sui, omnium bo-
norum suorum immobilium, quæ in
Hesselt (est hoc insigne prædium haud
procul à Ganda) sita sunt, Cartusia-
nos Gandenses constituit hæredes:
permotus, vt fertur, instinctu diuino:
occasione nimirum virtutis, humi-
litatem & patientiæ laici cuiusdam i-
stius eiusdem Conuentus, ex eorum
genere quos *Conuersos* nuncupat. Qui
cum quodam tempore spicas legeret,
& for-

26 ORIGINES CARTVS.

& fortè in proximè adjacentem agrū, qui prædicti nobilis erat, imprudens incidisset, illicque quasi in Conuentus sui fundo, nonnullas colligere aristas inciperet, VVarnevvyckius id conspicatus, indignabundus actutum accurrit, hominique insignem alapam infregit. Qui id patientissimè tolerans, veniam insuper demissè precatur: ignoscisibi postulans, quod inscius peccasset. Quo patientiæ exemplo ita cōmotus est animus Generosi viri, vt in sequenti nocte somnum haudquaquā capere potuerit, correptus nimirum horrore quodam terribili, adeò ut se ilicò expiraturum crederet. Vnde prima aurora Cartusiam adiēs, Priorem interpellat, exponit quid pridie cum laico crudeliter egerit, atque in pœnitudinis signum terras suas omnes Ordini suapte sponte offert.

Dein erat & aliud quoddam prædium, Monasterio propinquum, & domicilium alterius cuiusdā viri nobilis, qui dum intempestæ noctis silentio cùm vxore in lecto decumberet, atque

MONASTERIORVM.

27

atque inde Cartusianorum fratrum (erat enim illorum Ecclesia vicina admodum) exaudiret, singulari in Deum amore inflammati: Ex, inquit ad uxorem, quam alacriter boni sibi religioni diuinis concinunt laudes, veluti Angeli quidam celestes; cùm interim nos mōlls decubantes lecto, otiosi conquiescimus. Quidni prædium hoc nostrum viru isti religiosis, cælestem in terris vitā degentibus, offerimus: quatenus aliquando nos secum recipiant in eterna tabernacula, cùm sint ciues Sanctorum, & domestici Dei! Dictum, factum. Neque hic stetit res, quin & Gandauensis Magistratus piâ conuentualium conuersatione inflammatu, ex ærario suo tres ibidem construxit cellas, & complures alij vtriusq; sexus possessiones suas, agros, ac prædia, in Monasterij eiusdē viuum libentes contulerunt.

Luc. 16.
Ephes. 2.

Floruere autem in insigni hoc Cœnobio duo præstantis eruditiois viri, quorum unus fuit GOSVVINVS de BECK, cui anno Domini M. CCC. XVII. Priorem ibidem egit, ac primarium

28 ORIGINES CARTVS.

rium Prouinciae Visitatorem; de quo latius in *Cartusiana* legitur *Bibliotheca*. Alter vero **G**WILIELMVS **B**IBA **V**TIVS: qui cum esset istius loci alumnus ac Præfetus, magna que polleret rerum agendarum prudentia, tandem anno Domini M. D. XXI. in totius Ordinis GENERALEM est cooptatus. Verum cheu in ista miseranda Belgij clade, quæ anno post Christum M. D. LXVI atrociter defœuit, celeberima hæc Cartusia rebus ferè omnibus ab hereticis spoliata est, ac tandem etiam anno M. D. LXXVI. tum ab his tum ab illis usque adeò in cinerem redacta, ut modo vix ullum veteris ædificij extet monumentum. Quæ res Superiores impulit, ut anno M. D. LXXXIV. in ipsa Gandensi vrbe quietiorem comimrandi locum à Senatu expetierint, impetraverintque. Qui quidem nouo indito nomine, *domus S. BRVNONIS in beremo*, hoc tempore vocatur. Cuius nouum ambitum, seu claustrum maius, cellasque, ad formam ordinis N.P. **A**RNOLODV^S **H**AVENTIVS, modernus

Car-

MONASTERIORVM. 29

Cartusianæ Prior, coaptare studet: Vir nimirum, de quo ignores, doctiorne sit, an humilior; morū grauitate præstantior, an animi tranquillitate hilarius: certat enim singularis illius prudenteria cum admiranda simplicitate, seruor orationis cum operibus charitatis: adeò ut & benè faciendi studio, & scriptionis laude exteris etiam, non suis tantum amori sit ac honori.

9. Dom' OMNIVM APOSTOLORVM, apud Leodicum, insignem Eburonū Vrbem, in monte Cornelio, initia sua debet *Engelberto de Marckæ*, XLVII. istius loci Episcopo, necnō & opulentissimo ciui *Ioanni de Brabantia*, Scabino Leodicensi, qui amplissimos huic monasterio redditus annuatim adsignauit. Cuius fundamēta iacta sunt circa an. Do. m. CCC. LVII. cepitq; Ordini incorporari 4. anno post. Nā in Capit. Generali, sub P. HELISARIO (fuit hic xxiii. Generalis, obiitque An. m. CCC. LXVII.) maiori in Cartusia an. m. CCC. LX. celebrato, primus Cōuentui huic Prior adsignatus est P. BERTRANDVS pro-

professus Cartusiæ Parisiensis. Quo cū tres alij ex maiori Cartusia simul mis- si fuere. Quorum primus vocabatur Bartholomeus , professus nimirum domus Arnhemiensis; alter, Ioannes militis; tertius, Adamus N. vterque filius Abbatis Villæ in Picardia.

De fundatione Domus Leodicensis consule Chro- nico Dorlandilib.: 6. cap.: 10. pag. 370.

Vixere autem hoc in loço primitus Canonici regulares Ordinis Præmonstratensis , qui nunc intra muros urbis Leodicensis degunt, in loco, quem *Bellum redditum* nuncupant. Cæterum in Cartusia Leodicensi est insignis Bibliotheca , vetustis manuscriptis codicibus bellè instructa . Quam, cùm ante biennium illic essemus, non sine fructu perlustrauimus: atque inter cætera vidimus manuscripta opera omnia IACOBI VITRIACI Cardinalis, tomis aliquot comprehensa: præstq[ue] huic loco D. IOANNES STELANT, vir tum morum grauitate, tum ingenij acumine suspiciendus.

10. DOMVS NOVAE LVCIS S. SALVATORIS, apud Ultraiectum , urbem apud Batauos Archiepiscopali cathe-

dra

dra illustratam. Ex monumentis istius loci mihi constat Anno M. CCC. XCII. Suedorum , Gasbecæ , Putti, & Stryæ Dominū, agros amplissimos in Stryësi tuatu , loci huius Monachis contulisse ALBERTO Hollandiæ , Zelandiæq[ue] Comite , ac filio eius natu maiore GUILIELMO adprobantibus . Porrò Monasterij huius ruinæ vix hac tempestate visuntur amplius; adeò sœua Caluini rabies Deo dicata domicilia e medio sustulit.

ii. PORTVS SALVTIS S. ANDREAE, apud Amstelredamū , Hollandiæ emporium , mercatu potius quam religione celebre.

12. MONS SION, apud Zirizæam, Ze landiæ oppidum : cuius ne' ruinæ quidem hac tempestate exstant.

13. DOMVS NOSTRAE DOMINÆ de GRATIA , olim extra Bruxellam, Brabantiaæ urbem regiam , loco per ameno sita, sed bellis istis ciuilibus funditus cuersa. Nostra autem memoria est intra muros Vrbis magnificè ædificata , magisq[ue] indies adsurgit studio

C

& in-

& industria Reu. P. Dominî HERCV-
LIS VVINCCLII, loci istius vigilan-
tissimi Prioris, totiusque Prouinciae
Visitatoris integerrimi. Porrò mona-
sterio facellum adhæret, D. Virginis
cultu celebre, quod ingenti seculariū
hominum frequentia visitur.

14. Monasterium S. BARTHOLO-
MÆI, apud Delfos Hollâdiæ oppidū,
nunc in cineres flammisq; redactum.
15. Domus S. SOPHIAE, apud Syluam
ducis, Brabantiae vrbe, militari po-
pulo nobilē. Ad cuius monasterij con-
structionē cūm D. Ludolphus van VVæ-
ter, Buscoducensis Ecclesiæ Canonic⁹,
alijque nonnulli ciues diuersas contu-
lissent eleemosynas, licet insufficiētes,
tandem strenuus miles, ac generofus
D. Arnoldus de Hierlaer, & D. Adelheidis
Picks eius vxor, ambo natione Sicam-
bri, liberali sua donatione id effecere,
vt in loco qui Vecht etiamnū dicitur,
haud procul ab vrbe cœnobium in ho-
norem templi Constantinopolitani,
S. SOPHIAE, recēter tunc à Turcis oc-
cupati ac prophanati. conderetur. Ve-
rum

rum enim uero, quia ad talem Mona-
sterij creationem cōsensus Ducis Bra-
bantiæ necessariò requirebatur, hinc
placuit Seren. Burgūdiæ, iuxta ac Bra-
bantiæ Duci Carolo Audaci, per patētes
literas anno 1471. in eiusdem erectio-
nem cōsentire, & semetipsum princi-
palem loci benefactorem vltrò offer-
re. Cuius tamen infelici atque imma-
turo interitu plus spei quam rei Car-
tuliani Patres consecuti sunt. Porrò I.
loci huius moderator seu Rector fuit
eximius ille Extaticus Doctor, Diony-
sius Rikelius. Cui successor Ioannes de
Monte. Præfuit etiam isti loco an. Do.
1480. Henricus, cognomento Prudens,
qui ibidem fatis concessit anno 1484.
Quo de in Bibliotheca Cartusiana agi-
tur. Est ergo hęc Cartusia fundata, atq;
Ordini incorporata circa annum Do.
1466. nunc verò in vrbe translata.
Primatem habens P. Michaelem Gen-
zema, antiquę virtutis ac fidei virum.
16. Domus S. MARTINI, IN MONTE
SOI. IS, apud Campos insignē Transi-
selaniæ vrbe, nūc penitus quoq; est di-

ruta , atque ex fundamento excisa, nedum eruderata. Adeò, vt postremus loci istius PRIOR Pater Arnoldus N. rebus adhuc stantibus, ac mediocriter istic florētibus, non sine veri præsensiōne, ac quodā diuini numinis afflato, paulò ante obitum lecto circumstantes identidem interpellauerit ; vt duplo profundius in terram eum defoderēt, quàm communis habet consuetudo. Futurū enim , vt demortua religiosorum fratrum corpora, etiam vomere tandem aliquando proscinderentur. Quod vaticinum equidem , seu præsensionem, rei probavit euentus. Sunt namque saxa sepulchralia in vrbe translata, sanctissimorū Patrum monumenta violata, pietatis domicilia eius, ipsumque suspiciendæ pulchritudinis templum , non minus quàm cæmeterium in Cereris vsum redatum.

17. MONASTERIVM S. MARIAE MAGDALENÆ *sub cruce*, in vrbe Louaniësi, ædificari cœptum est an. 1489. Varij varias cellas dederunt: inter eos emi-

eminet *Ioannes Ouerhouius*, Antuerpiensis, Nassouiæ gentis Questor; *Margarita*, Eduardi Angliæ Regis soror, *Caroli Audacis*, Burgundiæ Brabantique Ducis vidua, & *Maria Magdalena Hamalia*, vidua item Guilielmi *Croy*, Marchionis Arschotani; quæ & Heuerlense Cælestinorum , extra muros Louanienses cœnobium, à marito inchoatum perfecit. Cæterum in Cartusia Louaniensi , spectabilis est porticus, magnitudine & opere; nec aliam facile inuenies huic comparandam. Lege Iusti Lipsij Louanium lib. 2. cap. 17. Priorem nunc agnoscit Vckhouiū quendam, qui magna cum laude illic præest.

18. Domus S. ANNÆ, apud Brugas Flandriæ vrbe, mercatu olim nobilissimam. Istud monialium cœnobium anno Christi 1363. suo ære exædificandum curauit *Balduinus Vofines*, ditissimus mercator Brugensis: testibus Meyerio in Annalibus Flandriæ , & Dordjando in Chronico, lib. 6. cap. 33. p. 376. Quorum posterior addit, Balduini si-

liam Mariam h̄ic Priorissæ, vt vocant, munus laudabiliter obiuissæ.

19. DOMVS MECHLINIENSIS, in qua hac tempestate degunt Patres aliquot Angli, exorres è solo patro, viri nimirum cxiiniè pij: quibus Rex Hispaniarum de necessarijs annuatim prouidet.

CAPVT X.

PROVIN CIA ANGLIAE,

1. Monasterium VVITHAMENSE,
2. LOCVS DEI Hentonicensis.
3. BELLA VALLIS, apud Nothingā.
4. Monasterium SALVTATIONIS B. MARIAE, apud Londonum, regni Angliæ metropolim. Fundauit id anno 1371. Gualterus Mainius, Belga, patria Cameracensis: quem ob fidelem operam militarem in Vasconia aduersus Gallos præstitam, Eduardus III. Angliæ Rex, Garterij, vt vocant, ordinis Equitem crearat.

DE Cartusianis Londinensibus ab Henrico VIII. Angliæ Rege, ob constantem religionis orthodoxe profesionem,

sionem, varij amplissimè scripserunt: ad quos Lectorem remittimus. Maxime vero ad historicam relationem *Mauriti Chanceti*, oculati nimirum testimoni, qui horum pars magna fuit; quam super recēsitam, impressit Bernardus Gualcherius, ciuis ac Bibliopola Coniencis.

5. Domus S. MICHAELIS in Hul, apud Kingestonum. (triā.)
6. Domus S. ANNÆ, apud Conuen-
7. Domus ASSVMPTIONIS B. MARIAE, in monte Gratia.
8. Domus IESV DE BETHLEHFM, apud Scheinam.
9. Domus VISITATIONIS B. MARIAE, de Auxiolme.

Hæc & alia innumerabilia Angliæ monasteria, Patrum memoriâ, hæreticorum furor, prô dolor, euertit. Sunt tamen hodieque varijs in prouincijs Angli, religiosis ordinibus adscripti. Inter alios non pauci sunt Mechliniæ, apud Brabatos, Cartusianæ vitæ genus amplexi: sacræ apud Britannos propaginis fœcundum, vti confido, semen aliquando futurum.

CA-

38 ORIGINES CARTVS.
CAPVT XI.
PROVINCIA ALEMANNIAE
superioris.

1. VALLIS S. IOANNIS IN SEITZ,
apud Ciliam Slauoniæ oppidum : cui
olim præfuit Stephanus Senensis, qui
annis aliquot à manibus fuit sanctissi-
mæ Virginis Catharinæ Senensi, quiq;
in publicis generalis capituli Comi-
tis, anno Dom. M. CCC. x. celebratis,
GENERALATV sponte sua se se abdi-
cauit, sua vtique cum laude, atque Or-
dinis bono. Nunc hæc eadem Cartusia
regitur à D. VIANO GRUNELLO, Pro-
uinciæ istius Visitatore perquam exi-
mio, industrio, atque in arduis procu-
randis negotijs probè exercitato.

2. VALLIS S. MAVRITII, in Gyrio,
in Slauonia.

3. VALLIS IOCOSA, in Carniola, in
Freniz, Slauoniæ pagò, putatur funda-
ta circa annum Domini M. CCC.

4. LAVIS REFVGII, in Hungaria, eo-
dem fermè tempore creatus dicitur,
quo & superior.

5. VAL-

MONASTERIORVM. 39

3. VALLIS OMNIVM SANCTO-
VM in Maurbach, tertio à Vienna,
Austriæ metropoli, lapide, fundatō
agnoscit Fridericum Pulchrum, Alber-
ti Imperatoris filium, qui cùm solitu-
dinis amans, istic aliquamdiu quietè
vixisset, tandem etiam post mortem,
quā anno Domini M. CCC. xxx. oppre-
mit, ibidem est humatus. Fuit olim du-
plici porticu insignis, ac prouentibus
largis clarissima; ante annos verò o-
ctoginta, cùm Solimānus Turcarum
Imperator Viennam ingenti cum ex-
ercitu obsidione cingeret, magnas per-
pessa clades, interitui ferè obnoxia,
nonnullos è gremio suo perdidit: ad-
cò vt plerique eorum Turcica barba-
rie trucidati, Martyrij palmam pro-
meruerint: è quibus fuere D. Sigismū-
dus, Modestus, Erhardus, ac Sebastia-
nus: quorum duo posteriores laici.

6. VALLIS S. ANTHONII, apud Leg-
niz in Hungaria, Poloniam versus, quę
circa annum Domini M. CCC. fundata
putatur.

7. MONS OMNIVM ANGELORVM,
C 5 in

40 ORIGINES CARTVS.

in Snals Tirolensi Comitatu, Henricum Bohemicus ac Polonicus Regem, Carinthiæ Ducem, fundatorem habuit, circa annum Domini 1326. Quæ tamē iam vnâ cum domo Ittingensi de mandato Capituli Generalis, Franconicæ incorporata est Provinciæ. Est in altissimis montibus, rupibusq; inaccessio, aliquot horarum spatio vixq; peruvia: adeò ut sit locus horroris, ac vastæ solitudinis.

8. VALLIS AVXILII in Tarckan, in
*forte A- Hungaria apud *Agicum: quam non
nulli post annum Domini M. CCC. cō-
structam fuisse autemant.

9. THRONVS B. MARIAE VIRGINIS in Gemnico, Austriæ pago, ædificiorū splendore, atque opum magnitudine ceteras istius loci Cartusias longè post se relinquens. Quippe quæ fundatorē habuit ALBERTVM Austriæ Ducem, Romanorum Regem, quem fata hinc anno M. CCC. LXIII. eripuerunt: estq; vnâ cum thori sui consorte Domina IOANNA, sorore nimirum Regis Bohemicus ac Polonicus, eodem in tumulo, ibidem humatus.

10. VAL-

MONASTERIORVM. 41

10. VALLIS S. MICHAELIS in Levvl, in Hungaria, circa annum D. 1350. constructa perhibetur.

11. DOMUS SS. TRINITATIS, apud Brunam, non incelebre Morauiæ oppidum, eadē ferè tempestate constructa existimatur. Cui laudabiliter iam nunc tam vitæ exemplo, quam cruditionis laude præstet P. Renatus Hensem, Menapius: cuius exstat Tyrocinium Militiæ sacræ ac religiosæ, anno 1609. Coloniæ impressum, atque Episcopi Olomucensis calculo comprobatum.

12. PORTA B. MARIAE, in Axpach supra Danubium, in Austria, de cuius admirada constructione cōsule Chronicon Dorlandi, li. 6. c. 20. Sunt qui adfirment circa an. Dom. 1400. Ordini incorporatam: habet autem visendæ pulchritudinis porticum.

13. VALLIS IOSAPHAT, apud Olo- *quæ bis
motium, Episcopalem Morauiæ vrbē, Zisckafū-
bis terve * Zisckæ, & aliorū seditioni- erit, patet
bus, suis mota sedibus, nunc irr ipsum infra, in
Olomucense oppidum est translata. descriptio-
ne Cartu-
fie Pra-
gensis.

14. DOMUS THRONI SS. TRINITATIS,

42 ORIGINES CARTVS.

TIS, in Pletriach Slauoniæ vico apud Ciliam, fundata est ab illustri ac Magnifico Viro, D. Hermanno, Ciliæ ac Sagoniæ Comite, qui diem obiit suum Anno Dom. M. CCCC. xxxvi. Cœpta vero est ædificari circa annum post Christum natum M. CCCC. xxx. Verum vix mihi persuadeo, eandem à Cartusianis Patribus etiaminum inhabitari.

15. DOMUS S. LAURENTII in Itinga, Heluetiæ pago, iussu S. Sedis Apostolicæ anno M. CCCC. LXI. ordini Cartusiano adsignata, tandem anno xcvi. seculi nuper elapsi, Franconicæ sociata est Prouinciæ. Quæ cùm ingenti alieno ære contracta, vix respirare posset amplius, iam nunc perugili œconomia V.P. Domini Ioannis Eeichstein eiusdem assiduis laboribus, præstantique doctrina, caput audet erigere, pristinasque vires resumere.

16. HORTVS B. MARIAE propè Pragam. De quo ita Georgius Bartholdus Pontanus, in succincta Bohemiæ historia, quæ apud Claudium Marnium

anno

MONASTERIORVM.

43

Anno 1608. prodijt: Henricus sextus Imperator habuit filium Ioannem, cæcum nomine quem Bohemis prefecit. Qui religione tactus, miratusq; asperam Cartusianorum vitam, per quam corpora castigarent. & in potestatem suam redigeret, Cartusianos nunquam antea in Bohemia visos, Pragam, condito illis templo, & benedicto adduxit. Cæterum Ziska cœpit populum ann. 1406. contra VVenceslaum Regem ita comitare, vt & monasterium Cartusiense à Ioanne cæco splendide erectum spoliarent, flamnisque exurerent, & undecim ex ijs viros religiosos, probos, & senes fertis spineis coronarent, atque illusos in ciuitatis antiquæ custodiam ducerent, saltante coram illis quodā laico Marsick nomine. Cartusianorum autem unus post preces suas singulis noctibus. (licet optimè custoditus) euanuit. Porro quis, qualisve Ziska ille fuerit, iam nunc operæ pretium est, ex Anthonij Bonfinij decadibus commemorare. ^{lib 2. de}
^{cad 3. edi-}
Post VVenceslai mortem, quidam, inquit, ^{io} ^{v p e-}
Ioannes Ziska emersit, haud ignobiliter, ^{rebet f. 337}
nere,

nere, Trofnouia ortus, vir tenui cultu, in aula à pueritia educatus, bello impiger ac strenuus, altero captus oculo, quem per certamen amiserat: item cum ferox ingenium, & indomita rapinarum libido inerat. Is Hussitarum contagione infectus, coacta sacrilegorum manu, in templo fecit impetum; comminuit Diuorum simulachra, Christi optimi Max. fregit imagines, Cartusiensium cœnobium, vetustum quidem, & mirabili opere constructum diripuit succendit qz. Hæc Bonifacius ad annum Domini M. CCC. xcix. Intervim tamen reparatum quidem est, ac Cartusiensi Ordini redditum, verum iam hoc tempore ad manus hominū secularium deuolutum.

CAPVT XII.

P R O V I N C I A A L E M A N N I A B
inferioris, quæ & Franconia vul-
go nuncupatur.

1. NOVA CELLA in *Grunauv*, propè *Yertheim* in Frâconia, quinto fermè à *Virceburgo* lapide, primum fundato-

*datorem circa annum D. 1348. recolit filius, Comitem à *Virtheim*. Aucta tamen plurimum temporis progressu prædijis optimis, ac largo prouentu noniorum quorūdam, qui illic Diuino numini famulantes, se suasque facultate omnes loco huic in perpetuum obligauere. Passa est ingentem reueria cladem, circa annum D. 1550. quādo pleriq; Lutheranorum Principes Pascauensem diatam, in isto ferè regio- nis tractu, instituere.*

2. CELLA SALVTIS, in *Tuckelhausen*, tribus ab Herbipoli miliaribus distans, ab Otthono, sanctitatis opinione insig- ni Bambergensi Antistite, anno 1120. a fundamentis exstruxta. atque Ordini Præmonstratensi adsignata fuit. Veru enimuerò ab ijs tandem ad Cartusianos anno redempti Orbis 1351. est deuoluta operâ nimirum Reuerendi ac prænobilis viri D. Eberhardi de Rider, Ca- thedralis Ecclesiae Herbipolensis Deca- ni. Porrò in bello illo rusticō, à Luther- eo eiusque asseclis horrendum in modum excitato prorsus incinerata, con- sumpta.

46 ORIGINES CARTVS.

sumptaque fuit, anno nimirum superioris æui xxvii. Quin & in bello Margrauico anno M.D. LII. miserè spoliatæ, atque exactionibus exhausta, adeoque attrita, vt de eâ conclamatum omnino fuisset, nisi P. *Nicolaus Comitus*, domo Belga, ac professione Coloniensis, vir nimirum magnæ industriæ, iuxta constantis animi, eo circa annum Domini M.D.LXXV. Superiorum auctoritate relegatus, collapsa'restaurasset, ac dispersa congregasset: ita vt aliquamdiu totius Prouinciæ seminarium existens, etiam nunquam optimè audiat, insignique pietate floreat.

3. HORTVS ANGELORVM, haud procul à VVirceburgo, Franconiæ metropoli, primarium habuit fundatorem Reu. ac Nobilem Virum D. *Erhardum de Hirsheim*, Canonicum & Archidiaconum Ecclesiæ Herbipolensis: quippe, cuius ope suprema manus operi imposita, quæ ædificijs erigendis, quaque censibus dotandis: ita tamen vt etiam alij complures largas appli-

MONASTERIORVM.

47

applicauerint manus. Cæterum & hominum incuria & temporum iniuria etiam huic loco non exigua illata clades, adeò vt periclitari magnoperè potuisset, ni duæ insignes loci huius columnæ tantam tempestatis vim validè sustentassent; nempè P. GERARDVS A GRICOLA, ac IOANNES MVLNERVS: quorum hic non ita pridem magno cum Ptouinciæ istius luctu ac detimento Visitator obiit. Cuius ope & industria ita hac tempestate fœlix ille *Angelorum hortus* efflorescit, vt quam plurimis admirationi sit, ne dum imitationi. Habet enim viros nō pietate solum, sed & eruditione celebres: è quibus vt cæteros quorum in *Bibliotheca Cartusiana* fit mentio omissam, in priinis occurrit P. SIMON VVEISSERVS; & quem ipse olim in spiritualis vitæ palestræ erudit, D. ERHARDVS VVINHEIMIVS, *Agrippinensis* auctor *Sacrarij*. Floruit etiam illic olim R. D. VVALTHERVS, Diagorganensis, Episcopus 30. annis Bambergæ, & Herbipoli in Pontificalibus

D

Vica-

48 ORIGINES CARTVS.

Vicarius, familiæ quondam Dominicæ ex professo Monachus: qui strictiori, quietiorique fæse vitæ in senio dedens, CARTVSIANORVM illic institutum amplexus, quām pientissimè in Domino obdormiuit.

4. MONS SALVATORIS apud Erfurtum, siue Erfordiam, non incelebre Thuringhiæ oppidum, Moguntino Archiepiscopo subiectū. De cuius cœnobij initijs ita NICOLAVS SERARIUS Societatis IESV doctissim⁹ Theologus libro *s. hisoriae Moguntinae*, pag. 861. vbi de rebus gestis Ioannis XLIV. Archiepiscopi pertractans; Anno, inquit M. CCC. LXXII, cœpit Erfurtensis Cartusia, prout in eius notatum peristyllo. Cum enim ad auxilij montem, de quo libro tertio, notatione 20. dixi, miraculorum quæ diuinitus ibi fiebant, causa, concursus esset plurimus, plurimæque oblationes; harum pars tertia Sacerdoti, qui sacra curabat, constituta fuit. Ille vero magnis inde auctus diuitys, ami-

* alij or co cuidam suo IOANNI * ORTINIS, Dorlensi Preposito, viro pio, negotium

MONASTERIORVM.

49

gotium testamento dedit, ut in DEI honorem, animæque sue subsidium, ac salutem illas iste conferret. Rona igitur Episcopi Reverendissimi Archiepiscopi, & Senatus Erfordiani veria decreuit, hic CARTVSIA NVM ad Erfordiam cœnobium erigere. Cumque de oportuno loco esset sollicitus, architectum, qui circumspiceret diligenter omnia, miserat. Huic vero astitit Iuuenis, qui locum ubi CARTVSIA nunc est, laudauit; simulque subito euanuit. Atque hunc etiam elegantiâ & pulchritudine fuisse, affirmabat architectus ille, ut alterius libenter oculi iacturam faceret, si eum iteratò semel dunt axat conspicari daretur. Fuit autem consecratum nouum hoc sacram edificium Anno millesimo trecentesimo septuagesimo quarto. Hactenus Serarius. Porro postquam Capitulo Generali zelus præfati IOANNIS ORTONIS denunciatus fuisset, misit ad eum Priors duos, qui constructa iam domum de manu fundatoris susciperent, ncmpe P. Ioannē Priorē Moguntinum, cum P. Henrico N. Priore in

D 2

Gru-

Crunau, quibus in dotem adsignauit triginta circiter florenorum millia. Incorporata itaque fuit domus hæc Ordini, & specioso SALVATORIS titulo eam ob caussam insignita, quod fundator plurimam pecuniam à Plebanio Ecclesiæ S. Saluatoris, uti superius ex SERARIO commemoratum, testamento consecutus fuisse. Huius primi incolæ fuere professi aliquot Cartusianæ nouæ celle in *Crunau*: videlicet *Henricus Rochel* primus loci istius Rector: secundus, *Conradus de Offinghe* Procurator: tertius, *Hermannus cognomento Statuarius*. Quartus, *Hermannus de Suck* Vicarius. Quibus deinde & alij successere; adeò ut etiamnum illic res monasticæ, tam personarum multitudine quam cellarū amplitudine, non mediocriter florent, licet Lutheranorum malitia plurima sèpè damna, ac facultatū suarum di-reptionem sustinuerint.

5. DOMVS SANCTAE ELISABETH, apud *Isenacum* Thuringiæ oppidum, primordia sua debet Cartusianæ Erfordiensis;

densi; quæ licet iam ab hæreticis occupetur, habuit tamen olim viros eximiè doctos; ut potè cuius PRIOR aliquando præfuit IOANNES ab HAGEN de Indagine. Quo de auctore Bibliotheca Cartusiana.

6. CELLA B.MARIAE apud Norimbergam, diaœcis Bambergensis, fundatorem habuit Marquardum Mendelium. Cœnobium quondam opulentum ac præclarum fuit, nunc verò Prædicantium vxorularū ignobile domiciliū. De cuius fundatione consule lib. 6. chronici Dorlandi capite 20.

7. HORTVS CHRISTI, apud Noertlingam Sueviæ oppidum, ab Illust. ac generosis Comitibus ab Oettingen fundata, liberaliterque dotata, ad peregrinorum manus deuoluta, tādem Imperialis Cameræ sententia ac decreto Patribus Cartusianis anno M. D. XCIX. adiudicata est, nisi quod executioni eos oporteat insistere, atque ab iniustis possessionibus rem postliminio repetrere.

52 ORICINES CARTVS.

8. AVLA B.MARIAE in Buxia apud Memmingam. Sucuiæ oppidum, diaœcesis Augustanæ, Canonicorum Regularium olim domicilium extitit, opere verò fundatoris noui, D. Henrici de Ellerbach, Canonici Cathedralis Ecclesiæ Augustanæ an. reparatæ salutis M. CCCC. iv. Cartusianis adsignatum, insigni ædificiorum splendorc, nec nō & opum magnitudine etiamnum cæteris istius loci cœnobij supereminet.

9. P O N S B. M A R I A E in Astheim Franconiæ, seu Franciæ Orientalis pago, tribus milliaribus VVirceburgo dista, fundationis sui exordia iure merito debet D. Erckingio à Stewart-Zemburch, cuius familia nunc Comitis titulo virtutis ergo est insignita. Hic viuendi finem fecit an. M. CCCC. xxxvi. Plurima quidem monasterium hoc bello rustico incommoda sustinuit, verum industriâ ac vigilantiâ duorum insignium Prouinciæ istius Visitatorum D. Hauptij, ac D. Ludouici Hageri adeò vires recuperauit suas, vt tum structuræ magnificentia,

MONASTERIORVM.

53

centia, tum rerum necessariatum copia, alijs admirationi sit. Huius quoque loci PRIOR olim fuit *Theodoricus Loërius*, Stratanus, vir de ordine suo quām optimè meritus: qui obiit anno M.D.LV.die xxvi.Augusti.

10. DOMVS PASSIONIS CHRISTI apud Legnitz in Silesiæ Ducatu, fundata est per Illusterrimum Principem Ludouicum, Ducem Legnisensem & Brigensem, circa annum Christi M. CCCC. xxx. deducta nimirum recenti colonia ex Cartusia Ephoriana.

11. MONASTERIVM B. MARIAE, boni lapidis, Germanicè *Guitelstein*, apud Vrachium, Ducatus VVirtenbergensis, oppidum: fuit olim Præpositura Monachorum Benedictinorum, à Zvvifaldensi, Diœcesis Constantiensis Abbatia dependens. Sed *Ludovicus & Valerius* VVirtenbergenses anno M. CCCC. xxxix. eo loco CARTUSIANOS collocarūt; teste Casparo Bruschio in Chronologia Monasteriorum Germaniæ.

D 4 12. MONS

54 ORIGINES CARTVS.

12. MONS S. IOANNIS BAPTISTÆ in Vogelsberch, quem Lantgrauius Hassiæ in ditione sua anno M. cccc. XLII. construi curauit. De quo in Cartusiæ Erfordiensis Chronico hæc reperiuntur. *Sub VIII. PRIORE Erfordiesi IOANNE Rotl. as Nimburgensi, monasterium quoddam Monialium in Hassia prodigaliter viuendo, interitui penè propinquum erat; unde cum præfato Priori id dono oblatum esset, is magna industria ac parcimonia tantum effecit, ut rebus omnibus ad amissim compositis, pristino tamen splendori restitueretur, Cartusianoque instituto accommodaretur, licet nūc hæreticorum rabie ijsdem denuò sit ereptum.*

12. HORTVS B. MARIAE in Illenbach olim arx, à nobili quodam viro *Balthazar de Faer* circa annum Domini M. CCCC. LIV. Ordini oblata ac tenuiter nimis dotata, iam nunc si Deus cœptis fauerit, largaque bonorum Patronorum manus adiuuerit, meliusculè habitura speratur. Est etenim loco accommodo, salubri, solitario,

MONASTERIORVM.

55

tario, ac per amœno; quinque milliaribus VVirceburgo distans, duobus verò ab Astheimensi Cartusia.

13. DOMVS B. MARIAE ANNUNCIA-TAE in Cōraetsburch apud Padebornam VWestphaliæ oppidum, in mōte S. Sixti: quæ iam ad annos aliquot habitatore caruit: tum quod loci istius Antistites nouissimis hisce temporibus non usque adeo rem monasticam promouerint, tum quod ciues ab auitæ fidei sinceritate desciscentes, Lutherani plerique esse maluerint, quā verè Catholici. Eam ob rem etiam factum, vt Ordo Cartusiensis non magnoperè pro suæ recuperatione Dominus hactenus laborauerit. Verum quādoquidem iam annis aliquot Padebornensi diœcesi præfuit Reuerēd. D. Theodoricus à Furstenhurch, vir tam generis splendore illustris, quām catholicæ religionis zelo insigniter flagrans: qui non modò collapsa vetustate maiorum opera præclarè ibidem restituit, verum etiam extinctū propè inter suos pietatis studium re-

D 5

stau-

56 ORIGINES CARTVS.

staurauit, haud quaquam dubium, quin si quis ex Ordine Cartusiensi ad hanc rem idoneus, à Superioribus allegaretur, voti fieret compos, hocque insigne olim pietatis domicilium, à rā catholico benignoqūc Principe post-liminio recuperaret.

14. Cœnobium TRANSFRGV RATIONIS IESV CHRISTI in Reinschavv propè Zwickavv in Misnia, Saxoniæ Duces fundasse circa annum Domini M. CCCC. LXXVII. perhibentur. De quo tamen in annalibus Cartusiæ Erphordiensis hæc ferè totidem verbis leguntur. *Sub PRIORE XVIII. Erphordensi D. Iodoco Kristein viro eloquentiae singularis, magnaqūc industria nouellis surculis cæptum est prouideri domui Transfigurationis; abductis ex Cartuſa Erphordiana quatuor religiosis. Ordini verò dicta domus, cooperante Domino Ottonio, Preposito Canonicorum Regularium, qui eam prius incoluere, accessit. Ipsius enim, & suorum pari consensu effectum est, ut per Sedem Apostolicam Ordo Cartusiensis ibidem erigeretur.*

15. Do-

MONASTERIORVM.

57

15. DOMVS S. VITI apud Ratisbonam Bauariæ oppidum, de qua a VViguleius Hundius sua in *Metropoli a pag. 63. Salzburgensi*, quæ anno 1582. Ingolstadij prodijt, contestatur fuisse aliquando Benedictinorum Patrum domicilium. Quod *Gebhardus* huius nominis I. Ratisbonēsium Antistes xiv. in fundo qui dicitur *Pruel*, à Monasterio S. Emmerani per legitimam permutationem recepto, anno nongentesimo nonagesimo septimo edificauit. Quod tamen anno Dom. M. CCCC. LXXXIV *Albertus* Boariæ Dux, cognomento *sapiens*, electis ob vitæ dissolutionem, Benedictinis, *CARTUSIANAE* familiæ Patribus perpetuis temporibus incolendum, adsignauit. Qui etiānum die noctuq; laudabiliter illic sub Venerabili Priore *D. Georgio Veselio*, Provinciæ istius Conuisitatore diuinis officijs insistunt. Queis cum Serenissimus, ac modis omnibus religiosissimus Princeps, *Guilielmus*, senior Bauariæ Dux, ceu vnuſ de Cartusianorum grege, per integras

gras interdum hebdomadas , solitarius commoratur . Est namque Monasterium hoc ædificiorum splendore, ac tēpli ornatū, imò & altari sumptuosissimo, cum primis celebre.

CAPVT XIII.

PROVINCIA RHENI.

1. Monasterium S. MICHAELIS , apud Moguntiam, Rheno flumini imminens, haud longè à florentissimo olim S. Albani cœnobio Benedictinorum , fundatorem laudat Petrum, LXXIX. Episcopum & XXXIX. Archiepiscopum Moguntinum; qui an. 1320. viuere desijt. Testem habeo Nic. Serarium, lib. 5. Historiæ Moguntinæ. Vide etiam chronicon Hirsaugiense Ioannis Trithemij ad annum M.CCC. XXXIV.

2. Monasterium S. ALBANI , extra muros vrbis Treuirorum , haud procul Mosella fluuio. Huius & Confluentini cœnobiorum fundator fuit Balduinus Archiepiscopus Treuerensis: de quo fusè Dorlandus in chron. li. 6.

cap.

cap. 24. pag. 356. & Trithemius, libro superius citato ad annū M. CCC. XXXI.

3. CONFLVENTINVM S. BEATI Cœnobium, in monte sitū, Rhenum inter & Mosellam , haud longè à Confluentia, Moguntinæ ditionis opido, frequenti ciuium ad pias stationes concursu singulis hebdomadibus frequētatur. Vide Petrum Cratepolium, in Catalogo Episcoporum Treuirensiū, in Balduino Comite Lutzenburgēsi, quem dicit obiisse a. M. CCCC. LXVIII.

4. Monasterium S. BARBARAE , in vrbe Colonensi, ann. 1338. Valramus Archiepiscopus Colonensi. fundauit, eo ferè loco, quo S. Seuerinus Episcopus epinicum Angelorum , animam S. Martini Turonensis Antistitis è terris ad celos deducentium, audiuit: qui fundus hodieque S. Martini ager nūcupatur. Dotem postea auxere viri cū pij, tum opulentι: de quibus ex alijs huc facientibus , fusè agit Erhardus V Vinheimi in suo Sacrario Colonix Agrippinæ.

Colonensis porrò Cartusia multos

60 ORIGINES CARTVS.

tos insignes viros, optimè de Ecclesia libris etiam editis meritos protulit: in his *Henricum Calcariensem*, *VVernerum Rolewinckium*, *Petrum Blomevennam*, *Ioannem Iustum Lansbergium*, *Theodericum Loerium Stratavum*, *Laurentium Surium*, *Iacobum Mosandrum*, *Zachariam Lippelgium*, *Theodorum Petreium*, *Cornelium Grasum*, *Anthoniunt Dulkenium*, aliosque pietate iuxta ac eruditione præstantes.

5. MONS S.MARIAE, apud Argentoratum siue Strasburgum. Quod monasterium cùm Lutherani bello Argentoratensi, circa an. Dō. M. D.XC. euertertissent, monachi in vicino tractu Molshemiensi sèdem collocarūt. De huius fundatione Dorlandus lib.6.ca. 25. pag.358. Coloniens. editionis.

6. MONS S. IOANNIS BAPT. apud Friburgum in Eluctijs.

7. BETHLEHEM B.MARIAE, in Remundensi Geldrorum vrbe, ad Mosam flu. Quod quidem cœnobium excitauit Gerard^o III. Geldriæ Comes, qui cùm annis xxvii. præfuiisset, anno

1229.

MONASTERIORVM.

61

1229. obijt: Henrico Aquilio teste, in Geldriæ chronicò.

Hoc in monasterio pijssimè vixit & obdormiuit *Dionysius Richelius*, Cartuliani cognomento per orbem notissimus: de quo nos in Elogijs Belgicis, & Antonius Posseuinus in apparatus sacro, Trithemius, Dorlandus, ^{Dorlädm} ^{lib. 6.} ^{cbronici,} ^{cap. 23. p.} ^{335.} Sutor, & alij fusissimè.

De monachis Carthusianis, à Guilielmi Nassouij, Arausiensium Principis militibus, pro Christo occisis, vide Theatrum crudelitatum hæreticorum nostri temporis, auctore *Richardo Verstegano*, Antwerpia editum. Et historiam Reuerendi Domini Patris *Arnoldi Hauensij*, Carthusiæ Gädensis PRIORIS dignissimi, editam Colonizæ apud Bernardum Gualtheri, anno 1608. in octauo.

8. DOMVS S.PAVLAE porto montis apud Bernam Heluetiorum oppidum, à fidei sinceritate hoc tempore alienum, atque ideo à CARTVSIANIS desertum.

9. VALLIS S. MARGARITAE in vrbe

vrbe Basileensi, quam circa annum Domini M. CCCC. VI. insigni prudenter ac pietate vir IACOBVS Zyebel, in Senatu Basileensi Tribunus plebis suis sumptibus, quæ amplissimæ profecto erant, construxit, ibidemque nō sine sanctitatis opinione diē clausit extreum. In qua insuper Cartusia plurimi quoque insignes viri, qui in Basileensi Concilio vitam cñm morte cōmutarunt, humati sunt. Visitur quidem illic integra adhuc structura, verum quæ laicorum hominum vsui potius quam religiosorum deseruit.

10. INSULA REGINAE COELI, apud Vesalianam, dioecesis Coloniensis oppidum. Hæc Adolphum Cliviam Ducem fundatorem habuit. Verum ann. Domini 1588. solo adæquata, cultore caret: viuuntque religiosi in ipsa Vesaliensi vrbe, occupantes monasterium Patrum Dominicanorum.

11. Domus S. SIXTI, in vico Putila, vulgo *Pettel*, in Lotharingiæ finibus, ad Mosellum fluum apud Sierick oppidum. Quod quidem monasterium, bellis

bellis Gallicis pñè vastatum, R.P. *Hector San-vitanus*, Germanicè Visitator Prouinciæ, superioribus annis egregiè instaurandum curauit: necnon & Pater *Hugo, Meerhoutanus*, qui cum in Prioratu immediatè præcessit.

12. Domus COMPASSIONIS B. MARIAE, fundata est circa annum Dom. M. CCCC. LXXV. apud Iuliacum, in dioecesi Coloniensi: cuius fundatores sunt Duces Iuliæ, qui etiamnum eandem tutantur: ædificauit namque eam Guilielmus, Sextus loci istius Princeps.

13. CASTRVM B. MARIAE, apud Dulmaniam, Monasteriensis Dioecesis oppidum. Quod fundatorem agnoscit nobilem ac generosum virum *Gerardum Keppelium*, qui obiit circa annum Dom. 1488.

CAPVT XIV.

PROVINCIA SAXONIAE.

1. Domus GRATIAE DEI, apud Stetinum.
2. PARADISVS B. MARIAE, in Prussia,

64 ORIGINES CARTVS.

- sia, quarto circiter lapide à Dantisco.
3. CLAVSTRVM B. MARIAE, apud Hildeshemum, Episcopalem Saxoniarum Vrbem, quæ Domus iam Rhenanæ subiacet Provinciæ.
4. Domus MISERICORDIAE DEI, apud Francofurtum ad Oderam, quæ tamen à Cartusianis modo non habatur.
5. TEMPLVM B. MARIAE, apud Lubecam.
6. Domus LEGIS B. MARIAE, apud Rostochium.
7. CORONA B. MARIAE, in Pomerania.
8. PAX DEI, apud Schiuelbein in noua Marchia.
9. PAX B. MARIAE, in regno Siciliæ.

CAPVT XV.

PROVINCIA LONGOBARDIAE.

1. Domus CASVLARVM, apud Genuam Ligurum caput.
2. VALLIS PISII.
3. MONS BENEDICTVS.

4. STO-

MONASTERIORVM.

65

4. STOLA DEI, apud Parmam, vrbē ducatus titulo illustrem.
5. Monasterium S. BARTHOLOMEI, apud Genuam Ligniæ metropolim.
6. MONS S. PETRI.
7. Domus MONTIS BRACHII.
8. Monasterium S. AMBROSI, alias AGNI DEI, apud Mediolanum, Insulæ metropolim.
9. Monasterium SS. PHILIPPI & IACOBI Apostolorū apud Astam vrbem.
10. Monasteriū S. MARIAE DE GRATIA, apud Ticinum siue Papiam ducatus Mediolanensis vrbem. De cuius initijs ac Laudibus ita Stephan⁹ VViandus Pighius, in Hercule suo Prodicio, à Plantinianis excuso: *Est inter Mediolanum & Ticinum, ratiōnib⁹ Cartusianorum pulcherrimum, atque amplissimum. Cuius templum ex vario pretiosog⁹ marmore à fundamenti⁹ excitatum, historiarum sculptoris ac statuis artificiosis exornatum à primā fronte ingredientibus religionem incutit, & introgressos maiestate quadam angusta suspensos tenet; dum officiū run-*

E 2

runtur oculis tot pictura, altaria & sacraria auro argentoq; ditiſima, aediculae marmorea, monumēta pulcherrimis decoratæ. Condidit templum ac cœnobium Ioannes Galeatus Vicecomes, primus Insibrium Dux, atque locupletiſimè dotauit. Cuius, in æde sacrâ, sumptuosissimum ex marmore sepulcrum, cum statua & imagine ad viuum facta visitur. Adiunctum in tabula marmorea litteris inauratis rerum ab ipso gestarū elogium præclarum, ac lectu valde dignum.

Sunt in hoc cœnobia multa pretiosa & rara Principū donaria, Diuū reliquia, & pulcherrima queq; templi ornamenta. Ipsius monasterij edificia sunt sumptuosissima, porticus milliarie, pomaria amplissima cum luce, nosocomium item apparatiſsum. Haud procul inde visuntur viuarij capaciſimi septa, murus latericius, sed magnâ ex parte nunc dirutus & deiectus: qui millia passuum viginti in quadrum circumductus, concludebat arua, silvas & prata, feris enutriendis destinata. In quibus olim apri, cerui, damæ, capreoli, lepores, & id genus animalia ad venationem

venatum continebantur. Auctor eius operis idem Ioannes Galeatus Dux fuit, qui cœnobium condidit. In iſdem septis castra sua metatus erat Franciscus I. Galliarum Rex, Ticinum obſidione premens, cum à Caroli V. Imp. Ducibus, Lanoio & Borbonio victus, prelio caperetur, cum Rege Nauarra, & principiis Galliarum Principibus, anno post Christum natum 1525. Haec tenus Pighius.

ii. Monasterium S. TRINITATIS, apud Mantuanam urbem, Ducatus insignibus decoratam.

12. Domus S. MARIAE LAURETANAЕ, apud Saonam, ditionis Genuensis opidum.

CAPVT XVI.

PROVIN CIA TVSCIAE.

1. Domus S. MARIAE, apud Senas, vetus Hetruscorum oppidum.

2. Monasteriū S. HIERONYMI, apud Bononiam. Petrus Sutor, lib.2.de vita Cartusiana, tract.3.cap.2. videtur indicare, cœnobium istud fuisse exstructū

68 ORIGINES CARTVS.

à Ioanne Andrea, Iureconsulto scriptis editis notissimo.

3. Monasterium S. PÈTRI DE PONTIGNIANO, apud Senas Etruriæ vrbem.

4. Monasterium S. SPIRITVS, apud Lucam vrbem, Reipublicæ gloria ac libertate florentem.

5. Domus BELREGNAR DI, apud Senas.

6. Monasteriū S. LAURENTII, apud Florentiam, Etruriæ caput.

7. Domus MONTELLI.

8. VALIS GRATIOSA CALCENSIS, apud Pisas, vrbem Etruriæ, Disciplinarum studijs & Academia nobilem.

9. Monasterium S. ANDREAE DE LITTORE, apud Venetias. Vide Dordandi Chronicon, lib. 7. cap. 37.

10. Monasterium SS. HIERONYMI & BERNA RDI, apud Patavium, siue Paduam, ditionis hodie Venetæ opidum, studijs præsertim Medicæ artis nobilitatum.

11. Monasterium S. CHRISTOPHORI, apud

MONASTERIORVM.

69

ri, apud Ferrariam, de quo in Hercule Prodigio, pa. 349. Fundatorem agnoscit Borsum, Atestinum scilicet Marchionem, & Ferrariae principem, qui obiit Anno M. CCCC. LXXI.

12. Doinus S. MARCI, Vedanensis.

CAPVT XVII.

PROVIN C IA ROMANA,
quam Longobardia remotioris vocant.

1. Monasterium SS. STEPHANI ET BRUNNONIS, in Calabria. Id ipse B. BRUNNO, Rogerij, Calabriæ & Siciliæ Comitis liberalitate adiutus, excitauit, ibidemque piè in Domino Anno M.C.I. obdormiuit.

Cæterum post mortem beati Brunnonis, vt in histotia vitæ eius Surius commemorat, in Cartusianæ vitæ insituto perseverauit illud monasterium sub quinque Prioribus, qui ei successerunt, usque ad tempora venerabilis GIGONIS Prioris Gartusiae. Inde in Gallia crescente ordine Cartusiensi, so-

lum illud Calabriæ monasterium à beatipatris Brunonis feroore & sanctitate tepeſcendo, degenerauit. Et petebant quidem eius habitatores à Cartusia Visitatores & reformatores; sed nimia locorum intercapedo non facile id obtinebat. Itaq; ad Cisterciense institutū illi se trāſtulere, quod tum recens ortū, & incomparabilis viri B. Bernardi Abbatis Clarauallensis, insigni sanctitate, multoq; labore mirifice propagatum, in magno feroore durabat. Ad illud autem tempus in Carthusianæ religionis professione permanserat illud monasterium annos sexaginta. Sed Cisterciensi quoq; religione, successu temporis, ibi tepeſcente, tandem monasterium S. Brunonis factum est commendatitum, vſq; ad sanctissimi Pontificis Leonis Decimi tempora.

Is Pontifex, cum multorum relatio-
ne de eximia B. Brunonis sanctitate
crebrò audisset, indignum arbitratus est
eum, quem præpotens Deus in hac vita
tot auxiſſet donis & charismatibus, &
nunc cœlesti afficeret beatitudine, in
ter-

terris non eximiā laude & prædicatione efferri, nec debita piæ deuotionis officia persolui, apud thronū diuine & gloriae quiescenti, cui dediſſet Dominus cor ad præceptum & legem vitæ & disciplinæ. Itaq; non modò auctoritate Apostolicā clementer annuit, sed etiam voluit, ut in singulis monasterijs totius ordinis Cartusiensis & earum Ecclesiis siue Sacellis, festum Sanctissimi Brunonis confessoris annis singulis, die 6. Octobris, quo deceſſit è vita, solenniter colatur, & congrua debitaq; deuotione celebretur; ipsius etiam corpus, atque memoria, dignam in Domino laudem habeat, ac venerationem: conueniēs etiam officium in honore ipsius agatur & decantetur, necnon quotidie in diuino officio de eo commemoratio fiat. Domum præterea S. Stephani, quam B. Bruno in Calabria condiderat, & in qua sacrum eius corpus quiescit, idem Pontifex à Cisterciensibus ad Cartusianos reuocauit, anno salutis 1514. ut deinceps illic Cartusiano more & instituto viuatur; sicut & nunc viuitur. Hactenus ex Surio.

2. Monasteriū S. BARTHOLOMAEI de Trisulto.
3. Do-

72 ORIGINES CARTVS.

3. Domus S. LAURENTII de Padula.
4. Domus S. MARTINI, apud Neapolim, regni Neapolitani metropolim. Quo de in Hercule Prodigio, pag. 349. Possidere dicitur triginta annui redditus ducatorum millia.
5. Monasterium S. IACOBI, in insula Caprensi.
6. Monasterium S. CRVCIS, in vrbe Roma: quod nunc ad thermas Diocletianas translatum, S. Maria de Angelis nuncupatur.

Quod PIVS IV. Pontifex Maximus magnificentissimè extruxit, addita inscriptione, quæ in arca suprema visitur:

*Quod fuit idolum, nunc templum est
Virginis, auctor*

Est PIVS ipse Pater, dæmones aufugite.
Vide Laurentium Schraderum Halberstadiensem lib. 2. Monumentorum Italiæ, fol. 121. editionis Halberstadianæ, apud Iacobum Lucium Transylvanianum, anno M. D. XCII. Est in hac Cartusia etiam monumentum Anthoni de Duca. Quin & Appendix B.
Pla-

MONASTERIORVM. 73

Platinæ in vita PIVI IV. loci huiuscemminit hisce verbis: PIVS Papa IV. thermas Diocletianas vetustate corruptas, B. MARIAE Virginis, Dei matri, dedicatas, magnificentissimo templo in sacram adem, & Cartusianorum cœnobium mensura quingentorum aureorum solutione conuertit. Cuius equidem loci etiam in Barohij Annalibus habetur mentione, anno nimirum Dom. CC. XCVIII. sum. X. XVII. & XVIII.

7. VALLIS S. NICOLAI CLARI MONTANI.

Sunt & alia fortassis alibi huius instituti Cœnobia, nobis incognita, quæ utram Cartusiani ipsi plenius aliquando, eruant; illuſtrior atamen quæq;
arbitror à nobis recentia.

F I N I S

*ERRATA ORIG. CARTVS.
sic corriganur.*

PAG.3.lin.17.Iesuatos.p.25.l.22. hu-
militatis.p.27.l.3. *deest*, cantum.p.
28.l.11.desxuijt.pa.35.l.15. Vckhouium.
p.38.l.9.comitijs. p.40.l.8. inaccessis.p.
44.l.4.cui.Ibid.l.12.Bonfinius.pa.46.l.
9.*deest*, ac.ibid.l.*lege*, etiamnum quām.
p.60.l.6.Stratanum. p.65.l.4. Liguriæ.
ibid.l.22.sculpturis.pag.68.l.9. BELRE-
GVARDI.p.72.l.15. ara.



*ADMONITIO AD LECTO-
REM F.THEOD. PETREI.*

Monet hoc loco C A R T V S I A N A E
Auctor BIBLIOTHECAE, surrep-
tile sibi vnum vel alterum μνημενικὸν ἀμερ-
τημα pag.304.lin.vlt.in nomine FRANCIS-
CI de Puteo. Non enim fuit is, qui in Conci-
lio Basileensi(hoc namque secundum Onu-
phrij calculum cœptum est celebrari anno
1431.absolutum verò est ann. 1442) decem
ad Pontificatum habuisse suffragia legitur;
utpote qui vita functus longè pòst obiit;
nempe anno vicesimo primo post sesqui-
millesimū. Sed intelligere voluit (ita enim
in NOTIS suis ad Dorlandum pag. 89. ex-
ertè notauit)FRANCISCVM cognomento
Maresme, qui fuit XXVIII. Ordinis Genera-
lii, præfuitq; ab anno 1437. usque ad 1463.
Tunc siquidem ad superos migravit.

Similiter & pag.301.eiusdem Bibliothe-
cæ, lin.10.pro CONFESSIONEM scribendū
fuisset, DEMONSTRATIONEM : adeo in
proliui est festinantem cæcos parere ca-
tulos.